



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XIII. Notatum item prouerbium, Vispera est in reprecula. Cacabus.
Illustratus Virgilius, & Cicero pro Sextio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

nam fuisse. Et reducit hic versus mihi alterum in memoriam P. Nasonis non dissimilis sententia:

Si pata est, Vencri similis; si flaua, Minerne;

Sit gracilis, macie qua male visa sua est.

Emendo versu posteriore, *macie qua male visa sua est*. Ut enim Maro, vix herere ossibus; ita hic Nalo, nisi macie siue macilenta cute dixisse videtur, potius, nisi me meum fallit somnium, dixit, de qua, ut verus verbum est, *ossa atque pellis tota esset*. Itaque verbum dico, quod *macilentos* est iactatum id est in macilentos est Plauti locis duobus colligebatur.

Capitulis:

Macescere, consenesco, & tabesco miser,

Ossa atque pellis sum miser à macritudine.

Ita rectè ms. Langij: malè vulgo *miserà macritudine*.

Aulularia:

Volo ego ex te scire, qui sit agnus curio.

E V. *Qui ossa atque pellis totu'st, ita cura macet,*

Quoniam extra inspicere in sole erit in viuo licet,

Ita is pellucet quasi latet in Panica.

CAPVT XIII.

Notatum item pro uerbum, *Vipera est in veprecula*. Cuius illustratus Virgilius, & Cicero pro Sextio.

EODEM Bucolico leguntur hæc ab omnibus.

Qui legitis flores & humi nascentia fraga

Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

neque tamen cultius quidquam subesse vili pretum suspicati sunt. Mihi numquam dubium quin poeta ad paræmiam quamdam respexerit fortasse eam qua vulgò ferebant, viperam in veprecula: de periculo graui & inopinato.

regionem aperte extulit Pomponius:

Dide, cedo cacatum. vipera est in veprecula.

Prima verba videntur mendosa, & conabar legere, *Dide, cedo cacabum.* Cacabus enim vas in quo pulmentarium coquitur: sed abstineo. Respexisse autem huc Virgilium vincit, quod fragorum meminit, quæ in vepretis ferè leguntur. Significat idem verbum M. Tullius pro P. Sextio: *Quoniam id etiam satum civitate fuit, ut illa ex vepretis extracta nitedula remp. arrodere.* Ere nata mutavit argutissimè. nam sic cum audivetur, vipera è veprecula, de eo qui & vehementer coceri posset, & de improviso, cauerique idè vox posset: ille nitedulam ex vepretis appellat, qui nocere velit magis quam possit, cauerique non magnopere debeat.

CAPVT XIV.

Votius. Tamenesi. Nullus pro non. Casine prologo versus, quem alter ipsa in fabula restitutus & Terentius Andria.

CASINÆ Plauti qui præponitur prologus elegantissimus mehercule & perurbanus est, dignusque qui eo legatur. in eo versus hic in libris paulò vetustioribus omnibus ita concipitur:

Aures votiuæ si sunt, animum aduertite.

Præterea Lambinus, ut nos credere vult, illud *votiuas* parum huc convenire animadvertit, mutavitque in *vaciuas*, ad exemplum illud Plauti Pseudolo:

Fassis vaciuas Pseudole adis aurium.

Mea ut migrare dicta possint quod volo.

quo dissentio. Neque enim, ut heic quidem usurpatur, iocus acuti quidquam habet, ut illo quem modo posui loco, adductis quæ ad eandem translationem faciunt aliis. & quorsus tandem si aures vaciuas

B 2 habeant